deſiderat· Magnum quid eſt dignum pati
ille eſt vere paciens qui nulli dicit ea que
patitur· Anſhel· Non repellas flagellū dei
a te ſi nō vis repelli ab hereditate ſua pa
ri delet peccata· Item preparat hominez ad
ſpecialem ſanctitatē· Item ducit hominez
in cognicōnem ſui ipius et alterius· Item
tantum bonum eſt quod nemo poteſt per=
ſoluere· Item facit hominem dignum to=
cius boni terreſtris et celeſtis· Item facit
hominem ſimilem deo· Item tam nobile ē
q̄ deus nihil aliud dare poteſt pro ea niſi
ſeipſum· C Cum pati ſit tam nobile· Que=
ritur quare nos non poſſumus pati· Racio
huius eſt duplex· Prima eſt quia paruam
dilectōnem habemus ad deum et magnaz
ad noſipſos· Secunda racō eſt quia raro
cogitamus de fructu et vtilitate ipius pa=
ti quem ſcilicet fructum deus daturus eſt
nobis pro ipſo pati· Tercia racio eſt quia
etiam raro cogitamus onera que xp̄s ſuſti
nuit pro nobis· Quedam puella dixit cuidā
epiſcopo· Pater ſancte quid faciam vt per
ueniam ad ſanctam vitam ſiue perfectam·
Cui epiſcopus· Non vindices vllo momen=
to verbo vel facto· Et illa hoc facō exteriꝰ
ſed interius contra iniuſticiam recalcitra=
bo multum· Cui ille per hanc murmuracōz
perſoluis deo flagella que ſuſtinuit·

ccxxxiij· De euangeliſtis.

Similitudo hominis
in eis Ezech· primo·
Hec verba propoſita
ad lrām ſcribant' de
ſanctorum Euāgeli=
ſtarum ſingulari per
fectōne. Poſſunt tn̄
cōuenienter exponi pro noſtra morali in=
ſtructōne· Nam illa quatuor animalia qua
tuor euāgeliorum ſcriptores figuraliter ex
primētia miſtice deſignant mentes deuo=
tas perfectōnis euangelice ſectatores· In
quibz quidem verbis euāgelice pfectōnis
ſectatores deſcribuntur q̄ntum ad xp̄i ſeq̄=
lam et imitacōnem que notatur in homis
ſimilitudine· Cum dicitur· Similitudo hois
in eis· vbi per hominez ſzm Grego· ipe xp̄s
intelligitur· Ex cuiꝰ ſimilitudine ⁊ imitacō
ne omnis pfectō euāgelica emanat C Cir
ca quod conſiderandū que et quot ſint illa
in quibus mente deuote ſectatores pfectō
nis euangelice xp̄m debeant imitari ⁊ eiꝰ
ſimilitudini conformari· Poteſt autem dici
q̄ iſta omnia poſſunt reduci ad tria· ⁊ hoc
ſzm tria bona que a deo recepimus· ſcilicet
res exteriores corpus ꝓprium et ipſa anima
Que omnia oportet relinqui ꝓpter deuz ſi
volumus eſſe ipius xp̄i imitatores· Perfe=
ctus enim xp̄i imitator primo debet relin
quere mundū et omnes res temporales·
et etiam cum hoc oīm terrenorum occupa=
cōnem et ſollicitudinē penitus debz poſt=
ponere· Hoc autez fit per voluntariā pau
pertatē quā xp̄s altiſſime ſeruauit quia in
tota vita ſua pauperimus fuit· Qd̄ vtiqz fuit
congruum ꝓpter tria· Primo vt eam nobis
amabilem redderet et cōmendaret· Nam
ſicut crux primo fuit penalis et horrenda·
Sed poſtq̄ xpriſtus ipſam aſcendit facta ē
amabilis et veneranda· ita licet pauper=
tas de ſe non ſit appetibilis cū ſit priuacō
quedam rerum neceſſariarū vſui humano
Paupertas tamen euangelica ꝓpter xpriſtū
voluntarie aſſumpta eſt res multum nobi
lis et appetenda· C Secundo vt per eam
nos ſpiritualiter ditaret· Et iſtam racōnez
tangit· ij· Chorinth· viij· Scitis graciam do
mi noſtri Ieſu xp̄i· quoniam propter nos
egenus factus eſt vt illius inopia diuites
eſſemus· Quia per hoc q̄ ſe pro nobis vſqz
ad crucis patibulum humiliauit omnibus
donis ſpiritualibus nos repleuit C Tercio
vt per eam ſuam diuinitatem euidentius
declararet· Nam q̄nto xpriſtus pauperta=
tem aſſumptam videbatur abiectior tan=
to virtute diuinitatis apparebit glorioſior
vt patet tam euidenter in eius reſurrectō
ne q̄ in eius aſcenſione· Et de iſta pauper
tate euāgelica ꝓpter xp̄m aſſumpta gloria
batur petrus cum diceret in pſona omniū
diſcipulorum Mathei· xix· Ecce nos relin=
quimus omnia et ſecuti ſumus te· Quid er
go dabis nobis premij vbi xpriſtus ipſis p
premio poteſtatem iudiciariam et regnum
beatitudinis repromittit C Secundo de
bet relinquere corpus ꝓprium quod quidez
relinquitur tribus modis· Primo per car=
nis maceracōnem per quam corpꝰ vigilijs
oracōnibus et ieiunijs atteritur ne caro la
ſciuiat et contra ſpiritum erigere ptinaci=
ter ſe preſumat· C Secundo per corporal
cōmodi abiectōnem quia qui nimis delica=
te nutrit corpus ſuum poſtea inueniet eaz
contumacem· Et ideo ſemper in rigore te=
neri vt magis ſubijcitur ſpiritui· C Tercō p
penalitatum voluntariam ppaſſionem ſi=
cut apoſtoli martires qui pro xpriſto volū
tarie paſſi ſunt· Et omnia iſta xpriſtus fecit
et ſeipſum in exemplum dedit· Ipſe enim
toto tempore quo fuit in mundo artiſſimā
vitam duxit vt patet per ieiunium in de=
ſerto· Et hanc artam vitam ſtatim in ſua

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0436
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt